



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Satisfactione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

... quæ in absolutione tibi nominatim proponitur. Non finges, nimirum de pertinere Euangelium, sed scias ideo editum esse, ut hoc mandatum Dei æternum & immutum esse, ut ei credas, qui non hac fide amplectitur Euangelium, sed manet in dubitatione, frustra audit Absolutionem. Cum hac consolacione corda viuificantur, & sunt iam dominum Dei, certe & nouam obdientiam incoari necesse est, ut super dictum est. At redire ad sceleram, est excutere Deum, & rursus amittere iusticiam & vitam, sicut Iohannes inquit, 1. Iohann. 3. Qui facit iusticiam, iustus est: Qui facit peccatum, ex diabolo est. Reclamamus autem supra, summam doctrinæ de noua obdientia.

DE SATISFACTIONE.

Quale vero chaos sit doctrinæ de Satisfactionibus, quas nominant opera indebita, indicta ab Ecclesia, longum esset reprehendere, & pauci ante hac tempora intellexerunt. Non dubitamus autem, in Ecclesijs nostris & totam hanc partem vere & perspicue expressam esse. Fuit mos prius patribus, eos qui homicidijs, idolis in incellis libidinibus polluti fuerunt, arcere à sua consuetudine, & præcipua sacrificij. Hunc morem & Synagoga retinuit, & retineruntur in Aſia & Græcia: aliae gentes non prorsus efferae. Inter ea polluti vagabantur, circundati signis reatus: ut vagati sunt Orestes, Adrastus, & alij multi. Hunc morem initio & Ecclesia retinuit. Hollatos arebat à communione. Deinde agentes poenitentiam, ut intelligi posset, serio eos petere: veniam, & ut exemplum alijs proferret, non subito recipiebat, sed aliquot diebus absolutio differebatur, ut publice penentes conspicerentur. Ita Corinthius incestus auctor, & postea non sine deliberatione recipitur, 1. Corinth. 5.

Hic totus mos exempli causula institutus est, & politicus est, nimirum pertinens ad remissionem peccatorum. Creuit autem deinde superfitione, ut indicarentur ieunia, abstinentia à coniuge multis annis. Hac onera cum nimium creuissent, Episcopi rursus ea laxarunt. Hac laxatio talium rituum, nominabatur indulgentia.

Hec vix rerum historiam cum monachi non considerarent, intererunt fieri compensationem penarum æternarum in penas purgatorij, & in alias penas huius vitæ. Et addiderunt satisfactiones indici ab Ecclesia, ut illæ penas mitigentur. Et quidem oportere satisfactiones esse opera non debita lege Dei. Has fabulas monachorum, quas ne nisi quidem intellexerūt, rejicimus, & retinemus regulas firmissimas: Bonæ æternæ simul cum culpa remittuntur propter filium Dei, non propter villas nostras compensationes, iuxta illud Hose. 13. O mors,

T 4 ero

ero mors tua: & inferne, ero pestis tua. Item, Roman. 5. Iustificare fide, pacem habemus. SECUNDО: Dicimus opera iudeicas, de quibus isti loquuntur, non esse cultus Dei, aut compensationes, sed pertinere ad hoc dictum, Matth. 15. Frustra colunt me mandatū hominum. Et certe potestas clauium non habet mandatum indomitales pœnas. DICIMVS etiam hanc applicationem gentiarum, quæ Papa alij applicat merita sanctorum, commentari esse: & indulgentias olim nihil aliud fuisse, nisi laxationes Casu quæ nihil pertinebant ad eas compensationes, de quibus non loquuntur. ALIVD autem est, loqui de satisfactione debitorum de restitutione furti, furarum, aliena coniugis, famæ. Hac ratio est opus debitum, pertinens ad nouam obedientiam, ut Paulus inquit Ephes. 4. Qui furatus fuerat, jam non fuerit. Qui reiunctorius coniugem, nec contritionem, nec fidem, nec nouam obedientiam habet. Nec miscenda sunt illis nenijs satisfactionum Pœciarum, præcepta Dei de restitutione debita, quam dicimus esse fundanda. FATEMVR & hoc, plurimas horrendas pœnas in vita vagari per Ecclesiam, per imperia, per familias, propter delicta multorum hominum, etiam electorum: ut sedito motu contra Dauidem, non leuiter affixit totam illam politiam, & multas sanctas familias. DISCERNIMVS sigitur pœnam æternam & pœnam huius vita. Et dicimus, pœnam æternam, tantum propter filium Dei remitti, cum fide iustificamur & viviscamur. Et si autem pœnae temporales, præcipue propter filium Dei mitigantur, qui est umbra Ecclesiæ, quia magnitudinem iræ Dei hac infirmitura sustinere non posset, sicut Daniel cap. 9. orat: Propter Dominum exaudi nos, & respice nostrum exilium, &c. Tamen hoc docemus, propter ipsam conversionem quoque; mitigari penas quia in sanctis promissiones legales additæ operibus, non sunt irritæ, sed habent sua præmia: qualis est, Date, & dabitur vobis. Et can Paulus inquit. 1. Cor. II. Si iudicaremus nosipsum, non iudicaremus. Loquitur de tota pœnitentia, non de illis vanissimis umbris, quæ sputant etiam valere si quis relapsus sit in peccatum mortale.

EXCOGITANTVR autem in hac materia nouæ præfiguntur satisfactiones non esse compensationes, sed dicunt admittendas esse satisfactiones castigatorias, sicut Paulus Corinthium patitur, 1. Cor. 5. Ea castigatio erat excommunicatio, & fatemur rei manifestorum scelerum, legitimo iudicio & ordine excommunicandos esse, nec est inane fulmen iusta excommunicatio. Sunt men potestas Ecclesiæ non punit vi corporali, carcere, aut ineditum pronuntiat sententiam. Carcer & supplicia publica ad porticos gubernatores pertinent.

Iudicent
a indiciis,
infractiones,
et mandati
in indiciis
nem in-
fumam
es. Casti-
is moros
one deinceps
Hac res-
, ve Pausa
i retine-
a obedi-
um Pon-
s esse in-
nas inde-
epercen-
mota con-
& multi-
at extremam
um proprie-
tati autem
ur, qui e-
informati
ter Dom
AMEN:
ari pena
n sunt in-
poli. Et ca-
dicaremo-
is, quando-
le.
præstige
unt ad me-
suum pa-
remur re-
mmunica-
SED
aut medie-
ca ad po-
TAN:

TANTA est autem peruersitas quorundam, ut, quanquam eu-
lesia veritatis conuincit se intelligent, tamen querant sophisma-
no iudico, nec si cederent, prodiisse socios existimarentur. Deus, qui
inspector cordium, scit nos simplici studio veritatem quaestuisse.

DE CONIVGIO.

SEMPER in sola Ecclesia Dei maneat incorrupta veritas de Coniugio. Scit enim Ecclesia, Deum in genere humano vagas libidi-
nes severissime prohibere, & velle intelligi & praestari castitatem,
sicut ipse eam ordinat, ut ipsum quoque sciamus mentem puram & ca-
stam esse: & à diabolis discernamus, qui odio Dei delectantur con-
fusionibus libidinum. Et hanc infirmam naturam hominum impel-
lunt, ut horribiliter contaminetur. QVARAE & vbiq; Ethnici
quazam tetra exempla admirerunt, & semper heretici portentosas
opiniones de coniugio sparserunt, vt narrant Clemens Alexandri-
cus & Epiphanius. Et magnam deformitatem in hac extrema mundi
infecit Turcici mores, & lex Papæ de coelibatu. Affirmat
autem Paulus 1. Timo. 4. signum esse malorum spirituum, prohibere
coniugia. QVARAE summa cura doctrinam Dei de coniugio
incorruptam conservamus, & Dei beneficio magistratus politici in
sua gubernatione iudicia coniugiorum instituerunt & tuentur: & se-
ten punient sceleria pugnantia cum lege Dei: & sciunt mandato di-
xito præcipi sibi curam tuendæ castitatis & coniugij. Tenemus au-
tem veram definitionem, mandatis diuinis & consuetudini Ecclesiæ
apologicas congruentem.

CONIVGIVM, est legitima & indissolubilis coniunctio tan-
tum viri maris & viri feminæ, obseruanda propter mandatum
Dei, qui vult hoc modo consociatum esse genus humanum, & casti-
tatem intelligi, & non vagari libidines. HVC ordinem sanxit
Deus initio, in hoc dicto Gen. 2. Erunt duo in carnem unam, videli-
tes unius mas, & unica femina inseparabiliter iuncti. Et rursus
sancta est hec prima norma à Christo, Matth. 19. Ut autem sit legi-
tima coniunctio, seruamus personarum discrimina immutabiliter:
Ne concedatur commixtio personarum, quibus iure diuino non con-
cessa est commixtio. Seruantur & regule iuris Canonici, de alijs pro-
prietibus gradibus, ut extant ordinationes graui deliberatione tradi-
te Confitorij. SCIMVS autem voluntatem Dei esse, ne pro-
hibetur coniugium illis personis, quæ sunt idoneæ ad coniugium:
& ex extra coniugium non viuerent sine periculo conscientia, sicut
Genes. 2. Matth. 19. 1. Corinth. 7. scriptum est. Ideo conceditur
apodosis coniugium Sacerdotibus, & personis alijs, quæ pie in con-

T S I U G I O